Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38278
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek



275

Iaciantes uestimenta sua supra pullum imposuerunt ihm.

Uestimenta apostolorum uel doctrina uiusturum ut edissertio scripturarum uel celestes ecclesiasticorum dogmatum uarietates intellegi possunt. Quibus illicorum ab hominum ante nuda & frigida quorum pro sessore dignatiant operiunt.

Cunte autem illo sternebant uestimenta sua in uia.

Postante domino asino discipuli uestimenta in uia sternunt. quia prius secorporis exuentes amictu uiam simpliciorib: dei famulis suo sanguine parent ut delicto inoffensum gressumentis hierusolyma quo ihs ducit incedant. Ihs enim asellum sedens hierusalem tendit quando uel uniuscuiusq: fidelis animam regens uidelicet iumentum suum ad pacis intime uisione ducit uel etiam cuiscae ecclesiae uniuersaliter psid & eaq: insuper ne pacis desiderium accendit. Quia uero iuxta alios euangelistas. Non discipuli tantum. sed & plurimi de turba sternebant uestimenta sua in uia? possunt per eos & iambi designari qui exemplar magistrorum secuti corporea sua pabstinentia edomant ut domino iter ad mente parent uel exemplar bona sequentib: praebeant.

Et cum ad propinquare iam ad descensum montis oliueti coeperunt omnis turbae discendentium gaudentes laudare dm magna uoce.

Descendente de monte oliuarum dno gaudentes laudantesq: turbae simul & ipsi descendunt. Quia humiliato sua sponte misericordiae auctore necesse est eos qui misericordia plurimum indigent humilitatis eius uestigia quantum praeualent imitari. Necesse est inquam nos intuentes quomodo ihs de monte oliueti descendit. id est cum in forma dei esset. humiliauit semet ipsum factus oboediens patri usq: mortem mortem autem crucis. Humiliemur & ipsi sub potenti manu eius. ut exaltari mereamur in tempore uisitationis.

Super omnibus quas uiderant uirtutibus dicentes. Benedictus qui uenit rex in nomine dni.

Multas quidem uirtutes dni uiderent. sed maxime lazari resurrectionem quae nup facta erat. stupebant testimonium phibentes turba quae erat cum eo quando illum uocauit de monumento & suscitauit a mortuis. Nam & ppter ea obuiam uenit et turba quia audierunt eum fecisse hoc signum. Notandum est enim non nunc primum uenientem de galilea saluatorem. id est ante quinq: dies paschae hierusalem adisse. sed anno praeterito mense septimo illic ad diem festum scheno phegiae uenisse. sicut iohannis memorat. Et exinde sex mensib: continuis. hoc est usq: ad diem paschae quo passus est. modi hierusolymis signa fecisse & docuisse? Modo monte oliuarum ascendisse. Modo iudaea expulsum transiorda pertabisse; Modo in ciuitate deserti quae dicitur effrem mansisse cum discipulis. Numquid tamen id temporis